Sicut philosophus dicit in tertio de anima, sicut separabiles sunt res a materia sic et que sunt circa intellectum sunt. Unumquodque enim intantum est intelligibile inquantum est a materia separata sunt secundum se ipsa intelligibilia actu. Que vero sunt a nobis a materialibus conditionibus abstracta fiunt intelligibilia actu per lumen nostri intellectus agentis. Et quia habitus alicuius potentie distinguuntur specie, necesse est quod habitus scientiarum quibus intellectus perficitur distinguantur secundum differentiam separationis a materia. Et ideo philosophus in vi metaphysice distinguit genera scientiarum secundum diversum modum separationis a materia. Nam ea que habent separata a materia secundum esse et rationem pertinent ad metaphysicum. Que autem sunt separata a materia secundum rationem et non secundum esse pertinent ad mathematicum. Que autem in sua ratione concernunt materiam sensibilem pertinent ad naturalem. Et sicut diversa genera scientiarum distinguuntur secundum hoc quod res sunt diversimode a materia separabiles, ita etiam in singulis scientiis et precipue in scientia naturali distinguuntur partes scientie secundum diversum separationis et concretionis modum. Et quia universalia sunt magis a materia separata, ideo in scientia naturali ab universalibus ad minus universalia proceditur, sicut philosophus docet in primo physicorum. Unde et scientiam naturalem incepit tradere ab his que sunt communissima omnibus naturalibus, que sunt motus et principium motus. Et deinde processit per modum concretionis sive applicationis principiorum communium ad quedam determinata mobilia. Quorum quedam sunt corpora viventia, circa que simili modo processit distinguens hanc considerationem in tres partes. Nam primo quidem consideravit de anima secundum se quasi in quadam abstractione. Secundo vero considerationem facit de his que sunt anime secundum quandam concretionem sive applicationem ad corpus, sed in generali. Tertio considerationem facit applicando omnia ista ad singulas species animalium et plantarum determinando quid sit proprium unicuique speciei. Prima igitur consideratio continetur in libro de anima. Tertia vero consideratio continetur in libris quos scribit de animalibus et plantis. Media vero consideratio continetur in libris quos scribit de quibusdam que pertinent communiter vel omnibus animalibus vel ad plura genera eorum vel etiam ad omnia viventia. Circa quos libros est presens intentio. Unde considerandum est quod in libro de anima iiii gradus viventium determinantur. Quorum primus est eorum que habent solum partem anime nutritivam per quam vivunt, sicut sunt plante. Quedam sunt que cum hoc habent etiam sensum sine motu progressivo, sicut sunt animalia imperfecta, puta conchilia. Quedam vero sunt que habent insuper motum localem progressivum, sicut animalia perfecta, sicut sunt equus et bos. Quedam vero insuper habent intellectum, sicut homines. Appetitivum enim, quamvis ponatur quintum genus potentiarum anime, non tamen constituit quintum gradum viventium, quia semper consequitur sensitivum. Intellectus vero non est actus alicuius partis corporis, ut probatur in tertio de anima. Unde non potest considerari per concretionem vel applicationem ad corpus vel ad aliquod organum corporeum. Maxima enim eius concretio est in anima. Summa autem eius abstractio est in substantiis separatis. Et ideo preter librum de anima Aristoteles non fecit librum de intellectu et intelligibili, vel si fecisset, non pertineret ad scientiam naturalem, sed magis ad metaphysicam, cuius est considerare de substantiis separatis. Alia vero omnia sunt actus alicuius partis corporis. Et ideo potest eorum esse specialis consideratio per applicationem ad corpus vel organa corporea, preter considerationem que habita est de ipsis in libro de anima. Oportet ergo hanc considerationem mediam in tres partes distingui, quarum una contineat ea que pertinent ad vivum inquantum est vivum, et hec continetur in libro quem scribit de morte et vita, in quo etiam determinatur de respiratione et exspiratione per que in quibusdam vita conservatur, et de iuventute et senectute per que diversificatur status vite. Similiter etiam in libro qui inscribitur de causis longitudinis et brevitatis vite, et in libro quem fecit de sanitate et egritudine, que etiam pertinent ad dispositionem vite, et in libro quem dicitur fecisse de nutrimento et nutribili, qui duo libri apud nos nondum habentur. Alia vero pertinet ad motivum, que quidem continetur in duobus libris, scilicet in libro de causa motus animalium et in libro de progressu animalium, in quo determinatur de partibus animalium opportunis ad motum. Tertia vero pertinet ad sensitivum. Et quia considerari potest quod pertinet ad actum interioris et exterioris sensus, et quantum ad hoc consideratio sensitivi continetur in hoc libro qui inscribitur de sensu et sensato, id est de sensitivo et sensibili, ad quem etiam pertinet tractatus de memoria et reminiscentia. Et tamen ad considerationem sensitivi pertinet id quod facit differentiam circa sensum in sentiendo vel non sentiendo, quod per somnum et vigiliam, de quo determinatur in libro qui inscribitur de somno et vigilia. Sed quia ex prioribus magis simplicibus ad composita transire convenit, ideo convenienter est horum librorum ordo, ut post librum de anima, in quo de anima secundum se determinatur, immediate sequatur liber de sensu et sensato, quia ipsum sentire magis ad animam quam ad corpus pertinet; post quem ordinandus est liber de somno et vigilia, qui importat ligamentum et solutionem sensus. Deinde sequuntur libri qui pertinent ad motivum, quod est magis propinquum sensui. Ultimo autem ordinantur libri qui pertinent ad communem considerationem viventis, quia ista consideratio maxime respicit corporis dispositionem. Iste igitur liber qui est de sensu et sensato in scribendo primo quidem in duas partes dividitur, scilicet in prohemium et tractatum qui incipit ibi: De sensu et sentire et cetera. Circa primum duo facit: primo manifestat intentionem ostendendo de quibus sit tractandum. Secundo assignat rationem, quod necessarium est de his tractare, ibi: videtur autem maxime et cetera. Dicit ergo primo quod determinatum est prius in libro de anima de anima secundum se ipsam, ubi scilicet animam diffinivit, et determinatum est de virtutibus eius, id est potentiis eius, secundum divisionem ex parte ipsius. Cum enim potentie anime sint principia quarumdam partium corporis, duplex de eis consideratio potest haberi: una quidem secundum quod pertinent ad animam, inquantum scilicet sunt potentie vel virtutes ipsius; alia vero ex parte corporis. De ipsis igitur potentiis anime ex parte ipsius anime determinatum est in libro de anima. Sed nunc consequens est facere considerationem de animalibus et omnibus habentibus vitam, ut addat ipsis pluribus determinando scilicet que sunt operationes eorum propria, scilicet singulis speciebus animalium et plantarum, et que communes, scilicet vel omnibus viventibus vel omnibus animalibus vel multis generibus eorum. Illa igitur que dicta sunt de anima supponantur vel supponamus, id est accipiamus ipsis in sequentibus, tamquam suppositionibus iam manifestatis. De reliquis vero dicamus et primo de primis, id est primo de communibus et postea de propriis. Iste enim est ordo debitus scientie naturalis, ut determinatum est in primo libro Phisicorum. Deinde cum dicit: videtur autem maxime et cetera, ostendit necessitatem consequentis considerationis. Si enim operationes tam proprie quam communes animalium et plantarum essent proprie ipsius anime, sufficeret ad hoc consideratio de anima. Sed quia sunt communes anime et corporis, ideo oportet de eis hic determinare, ut sciatur que dispositio corporis ad huiusmodi operationes vel passiones requiritur. Et ideo philosophus hic ostendit omnia communia esse anime et corporis, et tamen hoc non etiam facit prius per rationem quam per inductionem, exemplificans ea de quibus est intentio, ibi: puta sensus et cetera. Et de pluribus proponit ibi: videtur autem omni dari et cetera. Dicit ergo primo quod ea que sunt maxima et propria viventium, ea que pertinent ad animalia et plantas, sive sint communia omnibus aut pluribus, sive sint propria singulis

licet, scilicet quod sensus sit communis anime et corporis, dicit esse manifestum et per rationem et sine ratione. Ratio autem in promptu est quia cum sensus principaliter anime sibi, sic ostensum est in libro de anima, [illegible] necesse est corporeum esse quia [illegible] sensibilibus [illegible]. Absque autem ratione manifestum est per experimentum quia lesis corporeis organis impeditur operatio sensus et eis ablatis totaliter sensus tollitur.

De sensu et sensibili etc. Premisso prohemio in quo plus quam dicit [illegible] sunt in tractatu, hic in capitulo prosequitur suum propositum. Et primo determinat ea que pertinent ad sensum exteriorem, secundo determinat de quibusdam pertinentibus ad cognitionem sensitivam interiorem, scilicet de memoria et reminiscentia, ibi: De memoria et reminiscentia etc. [illegible] tractatus est post istum librum secundum Grecos. Et primum in duas partes. Primo resumit quedam que de sensu dicta sunt in libro de anima, quibus [illegible] tamquam suppositionibus in sequentibus [illegible] est. Secundo determinat [illegible] in tractatu [illegible] circa sensum et sensibilia, ibi: In quibus vero hec fiunt etc. Tertio solvit quasdam dubitationes ex premissis, ibi: Obiciet vero aliquis si omne corpus etc. Et primum in duo. Primo dicit primo quod de sensu in libro de anima dictum sit, secundo assumit quedam eorum, ibi: Animali autem secundum quod animal etc. Dicit ergo primo quod in libro de anima dictum est de sensu et sentire, id est de potentia sensitiva et actu eius, et duo dicta sunt de eis, scilicet quid sit [illegible] eorum et [illegible] accidit [illegible] passione quadam, quod autem sensus in patiendo fit, ut planum est in libro de anima. Quare autem sit sensus et [illegible] sentiunt [illegible] de anima [illegible] quod alia tempore possint sensus sensibilium [illegible]. Deinde cum dicit: Animali vero unicuique etc. assumit [illegible] ex hiis que in libro de anima dicta sunt de sensu, quorum primum pertinet ad sensum [illegible], secundum pertinet ad sensus qui sunt communes omnibus animalibus, et hic ibi: Ipse vero unumquodque etc. Tertium pertinet ad alios sensus qui inveniuntur in aliquibus perfectis, ibi: Sensus vero qui per extrinseca etc. Dicit ergo primo quod omne animal in quantum est animal necesse est quod habeat sensum, [illegible] quod est sensitivum esse constituit animal per quod animal ab aliis distinguitur. Attingit enim [illegible] cognitionem [illegible] cognitione carentibus [illegible] in se continere possint [illegible] hoc plenius se extendens et quanto [illegible] cognoscens maiorem habet [illegible] tanto [illegible] est absolutior et immaterialior et perfectior [illegible] sensitiva que [illegible] aliquibus est [illegible] tamen [illegible] in ordine cognoscentium [illegible] organo corporali. Deinde cum dicit: Ipse vero unumquodque etc. ponit [illegible] ad sensus [illegible] considerandum est quod sensus necessarii [illegible] omni animali sunt illi qui sunt cognitivi eorum que sunt necessaria animali. Est autem animali aliquod sensibile necessarium dupliciter. Uno modo inquantum corpus est mixtum ex [illegible] elementis et sic necessarium est animali debita [illegible] calidi et frigidi, humidi et sicci et aliorum huiusmodi que sunt differentie corporum mixtorum. Alio modo est necessarium animali [illegible] corpus est vivum nutribile. Et secundum necessarium est ei [illegible] per [illegible] et [illegible] per [illegible] mixto corpori [illegible] sit necessarium [illegible] alimentum [illegible] potione [illegible]. Ideo [illegible] cognoscat ea que sunt [illegible] in [illegible] corporis mixti ordinatur sensus tactus qui est cognoscitivus predictarum differentiarum. Ideo autem quod cognoscat [illegible] nutrimentum [illegible] est ei gustus per quem cognoscit saporem [illegible] quod est signum nutrimenti convenientis vel inconvenientis. Et ideo dicit quod gustus et tactus ex necessitate consequuntur omnia animalia. Et de tactu quidem causa assignata est in libro de anima [illegible] cognitivus corporum ex quibus [illegible] animal. Gustus vero est ei necessarius propter cibum [illegible] per gustum animal discernit delectabile et [illegible] circa cibum ut unum eorum prosequatur et aliud fugiat. Et totaliter sapor est passio nutritive partis anime [illegible] potentie nutritive [illegible] ordinatur ad actum nutritive potentie sicut ad finem [illegible] in quibusdam libris [illegible] quod sapor est [illegible] nutribilis partis anime passio, quia videlicet sapor [illegible] ordinatur ad nutritionem. Deinde cum dicit: Sensus autem qui per extrinseca etc. prosequitur de sensibus qui insunt solum aliquibus perfectis. Et primo assignat causam propter quam [illegible] sensus insunt omnibus talibus animalibus. Secundo assignat causam [illegible] quibusdam perfectis eorum, ibi: [illegible] prudentiam etc. Dicit [illegible] alia [illegible] animalia quibus non solum inest sentire sed motum progressivum [illegible] in se habent motum [illegible] progressivum. Est autem considerandum [illegible] alia [illegible] mobilia [illegible] plurima [illegible] in [illegible] habent [illegible] eorum que sunt eis necessaria [illegible] immobilia habent [illegible] eorum solum [illegible] presentia [illegible] progressiva [illegible] cognitione [illegible] eorum quedam magis attendunt [illegible] ad cognitionem [illegible]. Et ideo omnibus aliquibus ad cognitionem [illegible] nutritionem [illegible] presentia [illegible] ordinatur gustus ita ad ea cognoscenda [illegible] a remotis ordinatur odoratus. Odor enim et sapor quandam affinitatem habent ut in [illegible] dicetur et sic per saporem cognoscitur [illegible] a remotis. Alia autem duo sensus scilicet [illegible] ordinatur ad cognoscendum [illegible] remotis omnia [illegible] vel corruptiva [illegible] sunt ei [illegible] corporis [illegible] fugit corruptiva [illegible] et [illegible] sensus [illegible] perfectiora [illegible] est in [illegible] odoratus [illegible] non sit [illegible] motu progressivo [illegible] remotis [illegible] sicut per gustum [illegible] sentientia [illegible] prosequuntur [illegible] et fugiant mala et corruptiva [illegible] sic ovis que fugit lupum [illegible] sequitur [illegible] vel audita [illegible] odorata vel [illegible] alimentum. Deinde cum dicit: [illegible] etc. assignat causam [illegible] quibusdam perfectis [illegible] habent [illegible]. Et primo [illegible] quod prudentia est [illegible] alios [illegible] prudentia est [illegible] hominibus [illegible] habent [illegible] aliquibus sicut quidam [illegible] ad aliquos [illegible] sicut formica [illegible] congregat in estate [illegible] hyeme. [illegible] sensus [illegible]

[illegible] qui dicunt aqueum vel visum igni. Deinde cum dicit Sed quod omnes etc. attendit specialiter ad organum visus quod attribuebant igni. Et primo improbat eorum positionem. Secundo ipse ponit veritatem ibi Quoniam si ignis esset etc. Attendit specialiter ad organum visus quod attribuebant igni. Circa primum tria facit. Primo ponit causam ex qua quidam movebantur ad attribuendum organum visus igni. Secundo movet quandam dubitationem ibi Habet autem dubitationem etc. Tertio determinat veritatem ibi Causa vero huius etc. Dicit ergo primo quod omnes qui attribuunt organum visus igni hoc faciunt quia ignorant causam cuiusdam passionis que accidit oculo. Si enim oculus comprimatur et fortiter moveatur videtur quod ignis luceat. Quod accidit solum quando aer exterior est tenebrosus sive aperte sint palpebre aut etiam in aere claro si prius claudantur palpebre quia tunc sunt tenebre oculis clausis. Et hoc reputabant esse manifestum signum quod organum visus ad ignem pertinet. Deinde cum dicit Habet autem dubitationem etc. movet quandam dubitationem contra positionem. Cognitum enim est quod sensus cognoscit sensibile presens. Unde et visus cognoscit visibile presens. Sic ignis per suam lucem est quoddam visibile. Sic ergo semper presente igne visum ut puta organo visus in eo existente videtur quod visus semper ignem deberet videre. Sed hoc quidem secundum principia que ante supposuit non sequitur. Posuit enim quod sensus est in potentia ad sensibile et ideo quod per eundem modum non sentiens sensibile sibi immutetur. Unde et ipsum sensibile secundum potentiam sensum non sentit ut dicit in secundo de anima. Unde si etiam organum visus esset igneum propter hoc visus non videret ignem. Sed secundum alios philosophos qui ponunt quod sensus percipiunt sensibilia inquantum sunt actu tales scilicet similes sensibilibus ut puta unum principiorum habentes ut dictum est et ideo secundum eos si organum visus erat igneum sequitur quod predicto modo videret ignem. Sed tunc remanet dubitatio quam Aristoteles hic inducit quare oculus quiescens non videt ignem sicut oculus motus. Deinde cum dicit Causa vero huius etc. assignat causam predicte apparitionis per quam et dubitatio mota solvitur et ostenditur quod non est necessarium ponere ignem esse visum. Et ad hoc attendendum est quod corpora levia id est polita et clara ex propria natura habent quendam fulgorem quamvis corpora aspera et non polita non habeant. Quia quedam partes superficiei eminent aliis et obumbrant eas. Et quamvis in se aliqualiter fulgeant huiusmodi corpora non tamen habent tantum de fulgore quod possint facere medium lucidum in actu sicut facit sol et huiusmodi corpora. Manifestum est autem quod id quod est medium oculi quod vocatur nigrum oculi est quid leve et politum. Unde habet quendam fulgorem ex ratione levitatis non ex natura ignis sicut antiqui estimabant. Per hoc ergo remota est necessitas attribuendi organum visus igni quia etiam huiusmodi claritas que apparet non est aliquo modo ab igne. Sed sive sit ex igne sive ex levitate pupille remanet ergo dubitatio quare talis fulgor videtur oculo moto non autem oculo quiescente. Et ideo assignat causam huius et dicit Ideo talis fulgor apparet moto oculo quia accidit per velocem motionem id est quod unum fiat duo videlicet videns et visum. Ipsa enim est pupilla fulgens et videns. Inquantum vero est fulgens proicit fulgorem suum ad extra. Inquantum vero est videns recipit fulgorem quasi recipiendo ipsum ab exteriori. Cum ergo oculus quiescit emissio fulgoris fit ad extra et tamen visus hunc fulgorem non recipit ut videre possit. Sed quando oculus velociter movetur medium nigrum oculi transfertur ad exteriorem locum in quem pupilla emittebat suum splendorem antequam ille splendor desinat et ideo pupilla ad alium locum velociter translata recipit splendorem suum quasi ab exteriori ut sic videatur esse aliud videns cum tamen sit idem subiecto. Et ideo huiusmodi apparitio fulgoris non fit nisi quando velociter oculus moveatur. ·celer· Quia si moveatur tarde prius desineret impressio fulgoris in exteriori loco ad quem fulgor pervenit quam pupilla illuc perveniat. Sed videtur quod nulla velocitas motus ad hoc sufficiat quia cum motus localis sit velox oportet tamen quod fiat in tempore. Emissio autem fulgoris ad presentiam corporis fulgentis et eius cessatio ad ipsius absentiam fit in instanti. Non ergo videtur possibile quod quantumcumque oculus celeriter commoveatur quod prius perveniat pupilla ad exteriorem locum quam desinat fulgor illuc perveniens ex pupilla in alio loco existente. Sed advertendum est secundum Alexandrum in commento quod pupilla corpus quoddam est et in partes divisibile. Unde celeriter commoto oculo cum aliqua pars pupille ad aliquem locum pervenerit in quem adhuc fulgor illuc pervenit ex reliqua parte pupille que nondum attingit locum illum et inde est quod pupilla incipit videre fulgorem quasi aliunde resplendentem. Et huius signum est quod hic fulgor quasi videtur descendisse sed paulisper et subito disparet. Iterum assignat etiam causam quare talis apparitio accidit in tenebris et non in lumine quia fulgor corporum levium propter sui modicitatem ~~obumbratur~~ obscuratur a magna claritate. Sed in tenebris videtur sicut etiam accidit de quibusdam aliis que modicum habent lucis et propter hoc videntur in tenebris et non in lumine sicut quedam capita piscium et humor [illegible] piscis qui dicitur sepia. Et contingit quod si oculus lente id est tarde moveatur non accidit predicta apparitio propter hoc quod videns et visum sic videantur esse unum et duo ut dictum est. Quando scilicet celeriter movetur oculus tunc oculus videt seipsum quasi secundum suum divisum situm a seipso immutatur sicut accidit in refractione vel reflexione puta cum oculus videt seipsum in speculo aqueo scilicet ab exteriori redeunt species oculi ad ipsum oculum per modum reflexionis cuiusdam. Sic etiam in predicta apparitione fulgor oculi redit ad ipsum ut dictum est. Deinde cum dicit Quoniam si visus esset etc. accedit ad improbandum ipsam positionem. Et primo quantum ad hoc quod visum attribuebant igni. Secundo quantum ad hoc quod ponebant visum videre extramittendo ibi Irrationabile autem omnino est etc. Circa primum tria facit. Primo ponit opinionem Platonis. Secundo Empedoclis ibi Empedocles autem videtur etc. Tertio opinionem Democriti. Circa primum duo facit. Primo obicit contra positionem. Secundo removet eius responsionem ibi Dicere autem quod extinguitur etc. Circa primum sciendum est quod Empedocles et Plato in Timeo in duobus conveniunt. Quorum unum est quod organum visus pertinet ad ignem. Secundum est quod visio contingit per hoc quod lumen exit ab oculo sicut extramittendo. Ex hiis autem duobus principiis concludit Philosophus quod visus deberet videre in tenebris sicut in luce. Potest enim in tenebris lumen a lucerna emissum illuminare medium. Quare si per emissionem luminis oculus videt sequitur quod etiam in tenebris oculus videre possit. Deinde cum dicit Dicere autem quod extinguitur etc. excludit quandam responsionem Platonis qui in Timeo dixit quod cum lumen egreditur ex oculo si quidem invenit in medio lumen solare [illegible] per ipsum sicut per sibi simile et ex hoc accidit visio quando invenit lumen. Sed in tenebris propter dissimilitudinem tenebrarum ad lumen extinguitur lumen ab oculo egrediens et ideo oculus non videt. Sed Aristoteles dicit hanc causam esse vanam et hoc probat ibi Quomodo enim extinguitur etc. Non

medium. Et ideo oportet quod solum organum odoratus sit id quod est actu frigidum et humidum, quod proprie est in loco circa cerebrum. Unde odoratus odor est circa cerebrum. Deinde cum dicit: Et oculi autem gustato etc. ostendit convenientiam organi odoratus ad organum visus. Et dicit quod et oculi generatio sit eodem modo, quia ad hoc quod constat ex cerebro, quia cerebrum inter omnes partes corporis est frigidius et humidius, et ita sit naturae aquae, quae est similis frigidi et humidi. Et sic congruit organo odoratus quod oportet esse calidum in potentia, et organo visus, quod oportet esse aqueum. Sed tunc maxime convenit attribuisse primo visum igni, sicut et hi antiquiores odoratum. Dicendum est quod organum odoratus est aquae in quantum aqua est potentia calidum; est aquae in quantum est potentia calidum, quod est ignis. Organum autem visus est aquae in quantum est perspicua et per consequens lucida in potentia. Sed quia ignis qui est lucidus actu sit et calidus, ad hunc possent quis dicere quod convenientius visus attribuitur igni. Dicendum est igitur quod eo modo quo antiquiores attribuunt odoratum igni, multo plures visum attribuunt igni, non propter eius qualitates quae sunt calidum et siccum, sed quia est lucidus actu. Et quia quandoque visus videtur aliquibus philosophis quasi scintillas a fulgore qui apparet moto oculo. Sed tamen quia ad hoc implicant eorum opinionem antiquiores, non quidem quod ponebant visum in actu esse ignem, quod quaesitum esset in quantum quae scilicet visus in actu non sit sine lumine, sicut non odoratus in actu sine calore; sed quia ponebant organum visus esse lucidum actu, ponentes visum fieri non suscipiendo sed extramittendo. Deinde cum dicit: Tactivum autem etc. determinat de organis sensuum aliorum, et primo ostendit cui elemento sint attribuenda, secundo in quo loco sint sita, ibi: Et ideo iuxta cor etc. Dicit igitur primo quod organum tactus attribuitur terrae, et similiter organum gustus, qui est tactus quidam, ut in secundo de anima dictum est; quod quidem non est sic intelligendum quod organum tactus vel gustus sit simpliciter terreum, cum capilli et ungues et consimilibus non sentimus, quae sunt magis terrea. Sed quia, ut in secundo de anima dictum est, tactus maxime videtur terminus in organo aliorum sensuum et de organo quidem tactus. Consequens est quod, ut dictum est in secundo de anima, organum tactus, ad hoc quod sit in potentia ad contrarias qualitates tangibiles, debet esse medie complexionatum, et ideo oportet quod sit ibi secundum quantitatem plus de terra quam de alio elemento, cum minus habeat de virtute activa. De organo autem gustus eodem modo dictum est sicut de organo odoratus: debet esse aqueum ut sit in potentia calidum, sed quod non sit odoratus in actu; ita et organum gustus debet esse terreum ut sit potentia humidum, sed quod non est gustus in actu. Deinde cum dicit: Et ideo iuxta cor etc. ostendit ubi sit organum gustus et tactus constitutum, et dicit quod est iuxta cor, et assignat huius causam: quia cor est oppositum cerebro secundum situm et qualitatem, et sicut cerebrum est frigidissimum omnium quae in corpore sunt, ita et cor est calidissimum inter omnes corporis partes; et propter hoc sibi invicem opponuntur secundum situm, ut per frigiditatem cerebri contemperetur caliditas cordis. Et inde est quod illi qui habent parvum caput secundum proportionem ceterorum membrorum impetuosi sunt, tamquam calore cordis non sufficienter refrigerato per cerebrum; et e contrario illi qui excedunt immoderate in magnitudine capitis sunt nimis morosi et pigri, quia calore cordis per magnitudinem cerebri infrigidato. Sed quia autem organum tactus quod tactus est esse principaliter in loco calidissimo corporis, ut per caliditatem cordis ad temperiem tactus frigiditas reducatur, non obstat quod circa corpus aliter sentitur sensu tactus, quia sunt quidam sensus per medium extrinsecum, ut tactus et gustus per medium intrinsecum, quod est caro, et sit in uno principium, ideo est in se sine medio. Sed intrinsecum tamen et principium tactivum est in intrinseco circa cor, et signum est quod laesio si contingat in locis circa cor est maxime dolorosa. Sic tamen oportet dicere esse duo principia sensitiva in quolibet animali: unum circa cerebrum, ubi continuantur principium visivum, odoratiuum et auditivum; et aliud circa cor, ubi continuantur principium tactivum et gustativum sensitivum. Unum principium primo quidem est in corde, ubi est fons caloris in corpore animalis. Unde est sensitivum sine calore, ut dicitur in libro de anima. Sed a corde derivatur virtus sensitiva ad cerebrum et exinde procedit ad organa trium sensuum, visus, auditus et odoratus; tactus vero et gustus referuntur ad ipsum cor per medium continuum, ut dictum est. Ultimo autem epilogat quod determinavimus de partibus corporis, sicut hic necessarium determinatum sit in sensationibus habitum est.

Et sensibilibus autem etc. Postquam philosophus consideravit de sensibus autem et organis sensuum, applicavit hic applicare eam ad ipsa sensibilia. Et primo dicit de quo est intentio, secundo exequitur propositum ibi: Quod autem igitur omne est de lumine etc. Circa primum duo facit: primo proponit intentum, secundo manifestat quod dixerat ibi: Est quidem igitur unumquodque etc. Dicit igitur primo quod de sensibilibus propriis quae sentiuntur secundum unumquodque sensitivum, id est secundum singula organa sensuum, quod dicitur ad differentiam sensibilium communium, scilicet de colore, sono et odore quae sentiuntur per visum et odoratum, et de gustu et tactu, id est de sensibilibus horum sensuum, dictum est in secundo de anima universaliter, et quod habent in sensu et quae sunt operationes sensus secundum unumquodque organum in unitate ad dicto sensibilium. Dictum est enim in secundo de anima quod sensus est potentia sensibile, et quod sensibilia faciunt sensum esse in actu. Sed nunc ad considerandum est quid sit unumquodque sensibile secundum se ipsum, scilicet quid sit color, quid sonus, quid odor, quid sapor, et similiter de tactu, id est de sensibilibus tactus. Sed primo dicendum est de colore qui est obiectum visus, eo quod visus est spiritualior inter omnes sensus. Non est autem sic intelligendum quod de omnibus huius sensibilibus in hoc libro determinare intendat, sed quod omnium horum sensibilium consideratio necessaria sit ad propositum intentum. Sed tamen sensibilia tactus sunt vel proprietates elementorum, scilicet calidum, frigidum, humidum et siccum, de quibus determinatum est in libro de generatione, vel sunt proprietates corporum distinctorum, sicut durum et molle et alia huiusmodi, de quibus determinatum est in libro metheororum. Unde nunc restat determinare de tribus, scilicet de colore, odore et sapore. De sono autem determinatum est in secundo de anima, eo quod eadem est consideratio soni et immutationis auditus organi a sono. Qualiter autem immutentur organa sensuum a sensibilibus pertinet ad considerationem libri de anima. Deinde cum dicit: Est quidem igitur etc. exponit quod dictum est, scilicet quod considerandum quid sit color et sapor etc. Unumquodque horum enim dupliciter est: uno quidem modo prout sentitur in actu; alio modo non nisi prout est sensibile in potentia. Quod autem sit unumquodque eorum secundum actum, scilicet secundum quod est color actu percipitur a sensu, vel sapor, vel quodcumque aliud sensibile, dictum est in secundo de anima, quod scilicet sit unumquodque eorum idem vel sensui secundum actum, scilicet in visione vel auditione, quia in dictis visibile in actu est idem visioni in actu; visibile autem in potentia non est idem visui in potentia. Quid igitur sit unumquodque sensibilium ut in actu dictum est in secundo de anima, in quo determinatum est de sensibilibus in actu. Sed quid sit unumquodque eorum secundum se ipsum, quod natum est facere sensum in actu, est nunc dicendum in hoc libro. Deinde cum dicit: Quod autem igitur omne est etc. de sensibilibus determinat secundum modum praetactum, et primo de colore, secundo de sapore, ibi: De odore autem et sapore etc., tertio de odore, ibi: Eodem autem modo oportet intelligere etc. Prima iterum pars dividitur in duas partes: in prima ostendit quid sit color in se; in secunda parte determinat de differentiis colorum, ibi: Est igitur in esse in perspicuo etc. Circa primum duo facit: primo proponit principia coloris, secundo investigat coloris diffinitionem ex hiis principiis, ibi: Quod autem igitur et corpus etc. Est autem duplex coloris principium: unum quidem formale, scilicet lumen, aliud est mate-

ad minus manifesta procedit. manifestius autem nobis est genus sa-
poris quam odoris. unde saporibus prius est agendum. ideo autem sapor est no-
bis manifestior quia tactu sensu a nobis percipitur. sensu enim olfactus pe-
iorem habemus per comparationem ad ceteros sensus qui in nobis sunt.
cuius ratio est quia sicut supra dictum est odoratus in actu perficitur per calidum
igneum. est autem organum olfactus odoratus iuxta cerebrum quod est frigidi-
us et humidius omnibus partibus corporis ut supra dictum est. homo autem inter omnia
alia animalia habet cerebrum maius secundum quantitatem sui corporis ut dicitur
in libro de partibus animalium. et ideo oportet quod homo deficiat in sensu o-
doratus. sed homo habet certissimum tactum inter alia animalia. cum enim
tangibilia sint ea ex quibus constituitur corpus animalis scilicet calidum
et frigidum humidum et siccum et alia huiusmodi que consequuntur, non potu-
it esse quod organum tactus esset denudatum ab omni qualitate
tangibili sicut pupilla caret omni colore. sed oportuit or-
ganum tactus esse in potentia ad qualitates tangibiles sicut medium
est in potentia ad extrema ut dicitur in secundo de anima. et ideo oportet quod sensus tac-
tus sit certior quanto complexio corporis est magis temperata, qua-
si ad medium reducta. hoc autem maxime oportet esse in homine ad hoc quod
corpus eius sit proportionatum nobilissime forme. et ideo homo inter
alia animalia habet certissimum tactum et per consequens gustum qui est ta-
ctus quidam. et huius signum est quod homo minus potest sustinere vehe-
mentiam frigoris et caloris quam alia animalia. et inter homines
tanto aliquis est magis aptus mente quanto est melioris
tactus, quod apparet in his qui habent molles carnes sicut
dicitur in secundo de anima. Deinde cum dicit: quemadmodum autem aque
natura etc. exequitur propositum. et primo determinat de sapore secundum ue-
ritatem. secundo excludit falsas opiniones quorundam de natura sapo-
ris ibi: De motis autem etc. primam partem dividit in duas. In
prima dicit determinat quid sit natura saporis. In secundo determinat
de speciebus saporum ibi: quemadmodum autem colores etc. circa primum duo
facit. primo excludit opiniones quorundam circa generationem
saporum. secundo determinat veritatem ibi: apparet autem sapores
etc. circa primum duo facit. primo ponit tres opiniones circa genera-
tionem saporis. secundo improbat eas ibi: horum autem sicut empedo-
cles etc. Inprimis quidam determinare unam sui generationem saporis ab
aqua quam videtur esse subiectum saporum. et dicit quod ipsa natura aque
secundum se vult esse, id est habet naturalem aptitudinem ad hoc quod sit in-
sipida. et si aliqua aqua habet aliquem saporem, hoc est ex permi-
xtione alicuius terrestris. et tamen quamvis aqua sit secundum se insipi-
da, est tamen materia et principium omnium saporum quodammodo. hoc autem ce-
positum triplici aliqui assignaverunt. empedocles enim dixit quod
omnes sapores sunt actu in ipsa aqua, sed sunt insensibi-
les propter parvitatem partium in quibus inveniuntur. secunda opinio
fuit democriti et anaxagore sicut alexander dicit, qui
nito. primum aqua quidem non erant sapores in actu
sed erat ibi quedam materia saporum quasi omnium saporum semi-
naria, id est vel semina. ita scilicet quod omnes sapores fiunt quidem
ex aqua. sed alii sapores ex aliis aque partibus. tertia opinione
ex aqua. sed alii sapores ex aliis aque partibus. ponebant
enim partes indivisibiles esse principia corporum
scilicet quod indivisibile est actu saporosum. sed oportet corpora sa-
pida esse composita. et ideo posuerunt esse sapores in actu
scilicet saporum semina ita tamen quod diversa indivisibilia corpo-
rum sint semina diversorum saporum sicut et diversarum figurarum. tertia
opinio est dicentium quod diversitas saporum non est ex parte ipsius
aque, sed solum ex parte agentis quod aquam transmu-
tat diversimode sicut sol vel ignis. aliquod calidum

Deinde cum dicit: horum autem sicut empedocles etc. improbat per ordinem
tres predictas opiniones. et primo opinionem empedoclis di-
cens quod positum est ab empedocle est falsum manifeste. si enim diversi-
tas saporum esset actu in parvis partibus aque, oporteret
quod immutatio saporum non fieret nisi per hoc quod diverse partes
aque attraherentur ad corpus cum sapores immutantur. hoc autem
non est sic. si enim fructus ablati ab arbore exponuntur so-
li vel decoquuntur ab igne manifestum est quod immuta-
tur eorum sapor per actionem caloris et non per hoc quod attrahant
ab aqua quod posset dici de fructibus qui dum pendent in arbo-
re immutant saporem attrahendo diversos humores terre. sed
in fructibus decisis ab arbore videmus transmutationem sa-
poris fieri per hoc quod ipsi fructus transmutantur secundum resolutionem
maturis humoris per modum cuiusdam resudationis et ita per
iacentes aliquo tempore ad solem transmutantur de dulcedine
in amaritudinem aut econverso vel ad quoscumque alios sapores
secundum diversam qualitatem decoctionis. secundo cum dicit: similiter autem et impos-
sibile etc. improbat secundam opinionem democriti et anaxa-
gore et dicit quod impossibile est aquam esse materiam saporum
quasi continentem omnia semina eorum, ita scilicet quod diverse partes ei-
us sint semina diversorum saporum. quia videmus unum et idem corpus
immutari ad diversos sapores. sic eadem enim esca que
sumitur ab animali vel planta convertitur in diversas partes ani-
malis vel plante, ita quod convertitur in diversos sapores convenientes
diversis partibus. sicut unius plante alius sapor est radicis se-
minis et fructus et diversarum plantarum sunt diversi
sapores. hoc est manifestum. videmus quod diversi sapores non
causantur ex diversis partibus aque. unde relinquitur quod causen-
tur ex hoc quod aqua transmutatur in diversos sapores per
hoc quod patitur ab aliquo immutativo. tertio ibi: Quod
autem etc. improbat tertiam opinionem dicentium quod sapores
causantur ex immutatione aque a sole calido. et dicit mani-
festum esse quod aqua non accipit qualitatem saporis ex so-
la actione calidi in mutationis. aqua enim est subtilis-
sima inter humores, id est inter omnia corpora que sensibiliter hu-
mectant. non autem dicit inter omnia humida, quia aer qui est humidus
est subtilior aqua. potest autem esse dubium de oleo, propter hoc quod
supernatat aque ~~tantum~~ et plus diffunditur quam aqua. et
ideo ad hoc removendum subdit quod aqua est subtilior quam ipsum o-
leum. et quod quamvis oleum supernatet aque, est propter aereitatem
ipsius et lingua supernatet aque. et quod oleum plus
diffunditur quam aqua contingit propter lubricitatem et visco-
sitatem aque. enim est valde dissolubilis. et ita minus pars eius se
continet in oleo. et propter hoc aqua est
non aliam. sic contingit in oleo. Difficile est continere aquam sub-
tiliorem oleo et magis divisibilem. totam enim manu elabitur
in manum quod oleum facit. enim tota cum manu elabitur
Quia igitur aqua propter sui subtilitatem sicut patet non habet
aliquam principium non ingrossatur a calido agente. sicut
aliquam ponentium non ingrossatur. remanent
vel in quibus sunt partes terrestres que remanent in
tali humido exsiccate manifeste sequitur quod oportet aliquam
causam ponere generationis saporis que in mutatione aque a
calido. propter omnis sapores in natura in corpore aliquo grossi-
tudine habente nos tamen removet quod calidus sit aliquis
solum in mutationis aqua non saporem. sed non est tota
causa. requiritur enim aliquid aliud
unde est magis quod est.

```
t. no.
```

denominatur a principiis cum illis eorum, ita quod et tale agendi consequitur huiusmodi qualitatibus quod virtute fortiori obtinuit. Omne enim quod agit in virtute alterius facit simile ei in cuius virtute agit. Sic ergo facit domum ex virtute artis quae est in anima, et calor naturalis generat carnem animatam ex virtute animae, et per hunc etiam modum qualitativo per actionem qualitatum elementarium transmutantur materiae ad formas similes. Deinde cum dicit: quemadmodum igitur qui lavant etc., concludit ex praemissis generationem saporis. Et dicit quod sicut illi qui in humido aqueo lavant colores et sapores, id est corpora colorata et saporosa, faciunt aquam habere talem colorem et saporem, ita et natura humidum aqueum colat per siccum terrestre et cum hoc facit ipsum moveri in meatibus a calido digerente et quodammodo commiscente humidum sicco, constituitur humor aqueus in qualitate saporosa. Deinde cum dicit: et hic est sapor etc., inducit ex praemissis definitionem saporis. Et dicit quod sapor nihil est aliud quam passio facta in humido aqueo a dicto sicco, scilicet terrestri, cum adiectione caloris, quae gustum secundum potentiam alterando reducit in actum; quod quidem additur ad differentiam odoris et quarumdam aliarum passionum quae fiunt de humido et sicco per actionem calidi, quae tamen non sunt immutativa gustus, sed aliorum sensuum. Deinde cum dicit: ducit enim sentiens etc., manifestat definitionem saporis positam quantum ad ultimam partem eius. Non enim prius manifesta est ex praecedentibus. Dicit ergo quod sapor alterat gustum secundum potentiam, et ad hoc manifestandum subdit quod sapor sicut et quodlibet sensibile reducit in actum sentiendum quod prius non erat in potentia ad sensibile, quia sentire quod consequitur actionem sensibilis in sensum non sit secundum addiscere, sed secundum speculari, id est non habet similitudinem cum eo quod est addiscere, quia in eo qui addiscit generatur habitus scientiae de novo, sed in eo qui sentit non generatur scientia de novo per actionem sensibilis, sed sensus fit actu operans, sicut contingit in eo qui speculatur actu. Deinde cum dicit: Quod autem non omnis sicci etc., manifestat quod supradictum est, scilicet quod sapor non sit solum in humido sine sicco. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod sapor fundatur simul in humido et sicco. Secundo probat quoddam quod supposuerat, ibi: et sunt obliqui alii. Tertio probationem manifestat, ibi: Quoniam quidem igitur etc. Dicit ergo primo quod sapores sunt passiones quantum ad dulce, vel privationes quantum ad amarum, quod se habet ut privatio formae et privatio ad dulce sicut nigrum ad album, non cuiuslibet sicci, sed sicci nutrimentalis, ex quo scilicet possunt nutriri animalia vel plantae, et ex hoc possumus accipere quod non siccum sine humido, nec humidum sine sicco pertinet ad sapores, quia esca qua nutriuntur animalia non est solum humidum vel solum siccum, sed commixtum ex his. Ex eisdem enim nutrimur ex quibus sumus, ut dictum est in primo de generatione, et eadem ratio est de plantis. Deinde cum dicit: et sunt obliqui alii etc., probat quod supposuerat, scilicet quod sapor sit passio vel privatio nutrimenti. Ubi considerandum est quod cibi non conferunt animalibus nisi ad duo eis deserviunt, scilicet ad augmentum, quo perveniunt ad perfectam quantitatem, et ad nutrimentum, per quod conservantur salva. Deservit autem cibus et ad generationem, sed hoc non pertinet ad individuum, sed ad speciem. Dicit ergo quod cibis quibus obliqui cum sint de numero sensibilium, inquantum sunt tangibilia, causant augmentum et decrementum, quia calidum et frigidum faciunt augmentum et decrementum. Inquantum calidum ipse facit augmentum, eius enim est dilatare et distendere; eodem modo ad contrarium se habet frigidum, cuius est constringere quasi movendo ad centrum. Unde in nutrimento alia augentur in se ipsum, decrescunt; non est contrarium quod dicitur in libro de anima quod cibus augent prout est quantum, quia quantitas non sufficeret ad augmentum nisi esset calor quantitatis ad augmentum et dilatandum.

Sed inquantum obligata nutriunt, inquantum est gustabile, et sic placet per quod omnia nutriuntur dulci proprie sumpto, vel simpliciter dulci vel cum commixtione aliorum saporum. Nec hoc est contrarium quod in libro de anima dictum est, quod tactus est sensus alimenti, quia ibi humorem, id est saporem, posuit inter tangibilia, et ideo dicit quod sapor est delectamentum nutrimenti, inquantum scilicet indicat convenientiam ipsius. Deinde cum dicit: Sed quidem igitur etc., confirmat per rationem praemissum, et primo quantum ad hoc quod dixit omnia nutriri dulci, secundo quantum ad hoc quod dixit de commixtione aliorum, ibi: commiscetur quidem etc. Dicit ergo primo quod praeter hoc quod pertinet ad augmentum oportet determinare in his quae sunt de generatione. Dicit autem aliquando determinatum esse de generatione; sed ad hunc magis dictum est de his in libro de generatione animalium, ad quod pertinet consideratio de alimento animalium. Nunc autem quantum ad propositum pertinet dicendum est quod calor naturalis actione sua augmentum perficiens quoddam constituit nutrimentum digerendo, inquantum scilicet attrahit illud quod est leve et dulce, et relinquit id quod est salsum et amarum propter gravitatem. Unde feces omnes animalium sunt sat amare vel si salse. Et hoc manifestatur per similitudinem in toto universo, quia idem facit calor naturalis in animalibus et plantis quod facit calor solis in corporibus exterioribus: attrahit enim humidum subtile et relinquit id quod est terrestre et grossum. Unde aquae pluviae sunt dulces, quantum vero maris aqua sit plurima resoluta fit salsum. Et ex hoc concludit quod omnia nutriuntur dulci quod est attractum a calido naturali. Deinde cum dicit: commiscetur autem alii sapores etc., assignat causam commixtionis aliorum saporum ad nutrimentum. Et dicit quod alii sapores commiscentur in cibo dulci quod solum nutrit eodem modo, sicut manifeste apparet de sapore salso et acuto, ut scilicet per huiusmodi sapores temperetur dulce, ne nimis nutriat. Est enim nimis repletivum et supernatativum, quia facile attrahitur a calore propter suam levitatem.

Verum autem et colores etc. Postquam philosophus determinavit generationes saporis, hic distinguit species saporum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit in qua generatione mediorum saporum. Secundo ostendit quomodo medii sapores distinguuntur, ibi: et secundum proportionem etc. Tertio ostendit quomodo album et nigrum se habeant ad invicem, ibi: Et quemadmodum nigrum etc. Dicit ergo primo quod sicut alii colores medii generantur ex commixtione albi et nigri, ita et sapores medii generantur ex commixtione dulcis et amari vel ipsorum secundum se vel ex commixtione causarum dulcis et amari. Calidum enim perfecte digerens humidum causat saporem dulcem; privatio autem humidi perfecte digesti est causa amaritudinis. Alii vero sapores causantur secundum quod humidum medio se habet, quia neque totaliter est consumptum neque totaliter est digestum. Et enim sapor propinquius sequitur humorem quam colorem, non oportet considerare medium et extrema per calidum, sed per humidum aliqualiter passum a sicco et calido, quia in hoc principaliter consistit natura saporis. Alioquin si medium et extrema acciperentur in saporibus per calidum, non esset dulce et amarum extrema, sed dulce esset medium. Nam calidum intensum et consumens frigidum autem digerens. Calidum vero deficiens in digerendo propter victoriam frigidi causat ponticum vel acetosum saporem; calor vero moderate sufficiens ad digerendum causat dulcedinem. Deinde cum dicit: et secundum proportionem etc., agit de distinctione mediorum saporum, et primo quantum ad differentiam delectabilis et non delectabilis, secundo quantum ad nomina, ibi: quidem igitur pinguis etc., tertio quantum ad numerum per similitudinem ad colores, ibi: fere autem equales etc. Dicit ergo primo quod medii colores distinguuntur secundum diversam proportionem commixtionis, inquantum scilicet unusquisque eorum vel magis vel minus accedit ad dulcedinem seu amaritudinem. Quod quidem contingit dupliciter sicut in coloribus

Deinde cum dicit: Unde et aliis etc. Infert quod dixerat per conclusio-
nem. [illegible] primo sint aliquem animalium habere memoriam et dicit quod
quia memoria est per se primi sensitivi inde est quod memoria inest quibus-
dam aliis animalibus sensum et carentibus intellectu et non solum
hominibus et quibusdam aliis animalibus contingentem quod pertinet ad intellectum
[illegible] et secundo [illegible] quod pertinet ad intellectum primum
Sed etiam memoria esset aliqua de potentiis intellectivis non inesset mul-
tis aliorum animalium de quibus manifeste constat quod habent memo-
riam et tamen non habent intellectum et forte non inesset memoria alicui
mortalium nisi homini qui solus habet inter mortales intellectum
dicit autem forte propter quosdam qui dubitaverunt de quibusdam aliis a-
nimalibus ab homine utrum haberent intellectum propter opera quedam similia operi-
bus rationis sicut sunt opera symearum et quorundam aliorum per-
signum ponit ibi: Quoniam nunc inest etc. Et sunt ex aliis non habentibus
memoriam et dicit [illegible] esse manifestum quod memoria pertinet per se ad par-
tem sensitivam. Quod quidem non [illegible] supponimus solum homines inter morta-
les habere intellectum memoria non inest omnibus aliis. Sed solum illa
habent memoriam que sentiunt tempus quoddam. Cum alia [illegible] percipiunt
nisi [illegible] preteritum sensibilium sicut quedam alia immobilia que
ipsa habent indeterminate fantasiam. Ut dicitur in 3o de anima. Et
ipsa non possunt considerare prius et posterius et per consequens non tempus unde non
habent memoriam. Sicut [illegible] cum aliquis agit per memoriam ut prius enim
est sic sentit aliquis quod hoc prius vidi vel audivi vel didi-
ci. Prius autem et posterius pertinent ad tempus. Deinde cum dicit:
Cuius quidem igitur etc. Concludit propositum et dicit manifestum esse ex predictis
ad quam partem anime pertinet memoria quia ad eam ad quam pertinet
fantasia et quod illa sunt per se memorabilia quorum est fan-
tasia, scilicet sensibilia per accidens autem per memorabilia sunt intelli-
gibilia que sine fantasia non apprehenduntur ab homine et inde
est quod ea que habent subtilem et spiritualem considerationem minus
possumus memorari magis autem sunt memorabilia que sunt
grossa et sensibilia et oportet si velimus intelligibiles rationes non
de facili memorari quod eas quasi alligemus quibusdam
aliis fantasmatibus ut docet Tullius in sua rethorica.
Memoria tamen [illegible] pertinet ad partem intellectivam per
per memoriam intelligit [illegible] secundum eorum
quod pertinet ad partem intellectivam.

Dubitabit autem utique aliquis etc. Postquam philosophus ostendit
quid sit memoria et cuius partis anime sit, hic con-
dit causam memorandi et circa hoc duo facit primo propo-
nit dubitationem. Secundo solvit ibi: Aut est ut contingit etc. Circa primum tria facit.

primo mouet dubitationem secundo manifestat quoddam quod dubitatio supponit ibi manifestum enim quod oportet etc. tertio inducit rationes ad questionem ibi sed si quidem tale est etc. dicit ergo primo quod potest aliquis dubitare cum memorando quedam passio presentialiter afficiat animam res uero de qua memoramur sit absens quare quod memoramur id quod non est presens scilicet rem et non memoramur passionem que presens est. Deinde cum dicit manifestum enim etc. manifestat quoddam quod supposuerat scilicet passionem quandam esse in anima dum memoramur. et primo manifestat hoc secundo per signum ibi unde et hiis quidem etc. Dicit ergo primo manifestum esse quod oportet intelligere aliquam talem passionem a sensu esse factam in anima et in organo corporali cuius quidem habitum memoriam dicimus esse quasi quandam picturam. et hec quidem passio est quasi quedam pictura. et est scilicet sensibile imprimit suam similitudinem in sensu et huius similitudo remanet in fantasia quam sensibile abierit et ideo subiungit quod motus qui fit a sensibili in sensu imprimit in fantasia quasi quandam figuram sensibilis que manet sensibili abeunte ad modum quo illi qui sigillant cum anulis imprimunt signum quoddam in cera quod remanet et sigillo uel anulo remoto. dicit autem in anima et in parte corporis quia cum huiusmodi passio pertineat ad partem sensitiuam que est actus organi corporalis huiusmodi passio non pertinet ad solam animam sed ad coniunctum. memoratiuum autem nominat habitum huius partis quia memoria est in parte sensitiua et ea que in memoria conseruantur quamuis non actu apprehendantur sed quasi habitualiter tenentur. Deinde cum dicit unde et hiis quidem etc. manifestat propositum per signum scilicet quod in memorando fit per quandam passionem presentem et dicit quod propter hoc quod talis passio necessaria est ad memoriam contingit quod quibusdam non fit memoria quia sunt in multo motu siue hoc fiat propter passionem uel corporis sicut accidit in infirmis et ebriis uel anime sicut in hiis qui sunt commoti ad iram uel ad concupiscentiam et hoc autem propter etatem de pueritia augmento siue decremento et sic propter huiusmodi causas corpus hominis est in quodam fluxu et ideo non potest retinere impressionem que fit ex motu rei sensibilis sicut contingeret si aliquis motus uel sigillum imprimeretur in aquam fluentem. statim enim propter fluxum deperiret figura. in quibusdam autem non accidit non recipitur propter duritiem impressio quemadmodum propter frigiditatem congelantur humores sicut accidit in hiis que sunt in magno tempore constituta quia propter infrigidationem quandam non potest imprimi ad modum rigoris et ponit exemplum de antiquis edificiis in parietibus eorum [illegible] in spissitudine [illegible] non [illegible] recipitur quia autem et non potest infrigidationem sed propter duritiam naturalem ei quod debet recipere passionem corporis [illegible] hec si sint calida corpora non equaliter impressio [illegible] quod super infrigidantur et propter hoc dicit quod illi qui sunt ualde noui scilicet pueri et ualde senes sunt immemores quia corpora puerorum sunt in fluxu propter augmentum senum autem propter decrementum [illegible] uiget in eis ut retineatur impressio [illegible] que de prima etate [illegible] fluit in memoria tenacius propter uehementiam motus ex nouitate ut ea que admirantur magis memoriter imprimuntur [illegible] et in solito [illegible] de nouo [illegible] tibi minor aduenit ad [illegible] de aliquibus et in solito et ex hac et causa fluit memorare [illegible] corporis fluentis [illegible] ut sint labiles

memoriam [illegible] autem quod similiter propter predictam causam uidentur esse immemores uelle qui sunt ualde ueloces et prompti et illi qui sunt ualde tardi [illegible] qui sunt ualde ueloces sunt magis humidi quam oporteat humidi autem est facile recipere impressiones illi autem qui sunt magis tardi sunt et magis duri et ideo ueloces non retinent impressionem fantasmatis in anima duros autem non tangit uel non recipitur fantasmatio impressionem. Potest autem et aliter exponi quod dictum est ut primo quidem intelligatur assignasse causam de suo memoriam propter motum superuenientem quod postea manifestat per exemplum iuuenum et senum per causam assignat tamen ex uitiosa complexione uel etiam in aliquibus huiusmodi habundat humor aquosus qui est frigidus et humidus et ideo dispergit de facili [illegible] impressiones fantasmatum sicut facile dissoluitur aqua [illegible] uel etiam in aliquibus habundat humor terrestris qui propter duritiam non recipit impressionem et hec predicta manifestantur per exemplum ueloces et tardos. et est considerandum quod ideo imprimitur impressio fantasmatis sic in anima et in parte corporis quodammodo [illegible] homines diuersimode se habent ad huiusmodi impressionem diuersa corporis dispositione. Deinde cum dicit sed si quidem tale etc. argumentatur ad questionem prius motam et primo interim manifestato quod suppositum erat querit questionem et dicit quod si accidit circa memoriam scilicet quod sit in ea passio quedam presens ut pictura quedam dubium est utrum aliquis memoretur hanc passionem que presentialiter est uel memoretur rem sensibilem a qua facta est ista impressio. secundo ibi si quidem enim hoc etc. obicit ad unam partem et dicit quod si quis dicat quod homo memoratur hanc passionem presentem sequitur quod nullus absentium memoretur quod est contra predicta. tertio ibi sed uero illud etc. obicit ad partem aliam quod tamen uidetur quam prius posuit dicens quod si homo memoretur illud rem a qua facta est passio uidetur esse inconueniens quod homo sentiat id quod est presens scilicet passionem et quod simul cum memoretur id quod est absens quod non potest sentire. dicit enim esse quod memoria pertinet ad partem sensitiuam et iterum non uidetur quod sensus sit de uno et memoria de alio. quarto ponit ibi et si est simile etc. et dicit quod si huiusmodi passio que est presens memorantibus est in nobis sicut quedam figura aut pictura ipsius sensibilis idest representans primam immutationem sensibilis a sensu quare memoria erit alterius scilicet rei et non ipsius in huiusmodi figura uel pictura. cum ei sit figura sensus manifestum est quod apprehendi potest et sic exprimitur potest quod ille qui memoratur speculetur aliquid per intellectum hanc passionem uel sentiat per partem sensitiuam et cum in genere presentem eo quod cadit sub apprehensione illius non apprehendatur sed ad alterum pertinet ibi. Quomodo ergo etc. et querit quomodo possit presentis mutationem memorari id quod non est presens. cum enim sensus exterior sit de sensibili [illegible] sequeretur quod et sensus exterior esset rei non presentis. item scilicet quod contingeret uidere et audire rem non presentem quod non est in genere. Deinde cum dicit an est contingens etc. soluit propositam dubitationem et primo ostendit per quem modum contingit memorari. secundo ostendit que sit causa quod aduenit in memoria continetur ibi meditationes autem etc. tertio epilogat ibi quid quidem igitur etc. Circa primum duo facit primo soluit dubitationem secundo manifestat solutionem per signum ibi et obliquum autem etc. Dicit ergo primo quod potest assignari quomodo contingit et accidit id quod dictum est scilicet quod aliquis sentiat passionem presentem et memoretur rem absentem et manifestat quomodo hoc exemplum de animali quod pingitur in tabula quod quidem et [illegible] est animal pictum et est imago alicuius

in 2° tamen idem subiecto sunt cum quinti sed ratione differunt, unde duo ratione et idem. Quare est considerandum est in quantum est ut pictura et in quantum est ymago alicuius. Itaque et fantasma quod est in nobis potest accipi ut pictura et ad in re picture est fantasma aliquid secundum quod est quedam speculatio. Et quod speculatur intellectus vel fantasma quod pertinet ad partem sensitivam secundum quod est fantasma aliquid quod prius sensimus vel intelleximus secundum considerationem ut ymago in quantum dicitur et principium memorandi. Et idcirco tamen anima memoretur secundum modum fantasmatis sicut convertit ad ipsum secundum se tamen ante ad esse ut ad intellectum quod intellectus in fantasmate inspicit ut simpliciter fantasma quod in nobis ymaginatur apprehendit. Similiter anima convertit se ad fantasma in quantum est fantasma aliquid et considerat ipsum tamen ymaginem eius quod prius sensimus vel intelleximus in quantum est et picture et sic ille qui non inest cogitat considerans est fantasma ut cogitat ymaginem hic tamen est alia passio huius considerationis que videtur tamen secundum pertinet ad memoriam. Et sic actum de fantasmate. Aut sicut figurans hominis picta cogitans quod qui considerat est secundum se quoniam ut ymago. Itaque et animi et intelligibilium quoniam intellectus in sic ad fantasma sicut ad quandam vel picturam simpliciter spiritus ad ipsum secundum se solum considerat quandam intelligibile. Sed intellectus inspicit ad ipsum in quantum est ymago. Sed ut principium memorandi dicit autem ibi id est picturam. Sed in suum est quod quando anima convertit se ad fantasma picture est quandam scilicet residua in parte sensitiva sicut est actus ymaginationis sive fantasie. Vel quam intellectus considerantis et sed ille. Sed cum anima convertit ad ipsum sicut in quantum aut intelleximus sed pertinet ad actum memorie et quod esse ymaginem significat in textu cum quod autem et hic secundum. Ideo quaerentem animam quod memoria respicit in textu considerationis ymaginationis non solum per sensum apprehensionis. Deinde cum dicit et obliviscimur nescimus etc. manifestat quod dicit per quandam signum et dicit quod quare tunc memoramur quando anima convertit ad fantasma in quantum est ymago eius quod prius sensimus et intelleximus. Ideo tamen actum memorie exemplis se habet autem id est quod cum in nobis sint motus fantasmatum qui sunt facti ab eo quod prius sensimus quandoque relinquentes ex imitatione sensus a sensu tamen nequandoque sciamus hos motus esse in nobis ex hoc quod prius sensimus aliquid et ideo dubitamus utrum memoremur vel non. Secundo non contingit aliquem quod homo intelligit et reminiscitur quod prius audivit vel vidit. Memini ideo est fantasma nobis tamen videtur quod est ipse memoramur et hoc quando ille qui speculatur fantasma movetur quandoque ab obiecto pertinenti fantasmatum. Et considerat ipsum in quantum est ymago alicuius quod prius sensit vel intellexit. Ideo animo autem contingit primum modum ut scilicet contingit homo se memorari et quandoque non memoratur sic accidit antiquis qui dicuntur ut patet de ~~antiph~~ antipheron et erat origine oreita et similiter quibusdam aliis qui patiuntur alienationem mentis fantasmata id est que de novo occurrunt estimant velud esse quandoque ... ac si memorentur maque numquam ... intellexit vel audierit ... contingit cum ... considerat ... ut ymago alicuius prius facti ac si esset eius ymago. Deinde est ymago alicuius ... Deinde cum dicit meditationes etc. ostendit quod memoria ... et dicit quod frequentes meditationes eorum que sensimus aut intelleximus conservant memoriam eorum que ... vel reminiscantur eorum que ... intellexit

ymo
prius

etc. Est autem memoria ut quod intencio considerare aliquid sicut ymaginem per eorum apprehensionem et non solum secundum se quod quidem modus considerandi pertinet ad totam memoriam. Ymaginationem est autem quod exercitationem memorandi habitum memorandi confirmat, sicut et quilibet alius habitus per similes actus et multiplicatur et fortificatur effectus. Deinde cum dicit quod quidem est igitur etc. epilogat quod dictum est et dicit quod dictum est quid est memoria et memorari quia memoria est habitus id est passio quedam considerationis fantasmatis non quidem secundum se ipsum sed prout comparatur ymaginationem, scilicet in quantum fantasma est ymago alicuius prius apprehensi. Deinde est et horum particularum cuius sint in nobis sit pertinentes. Quia pertinet ad primum sensitivum in quantum per ipsum cognoscimus tempus.

De reminisci etc. Postquam philosophus determinavit de memoria et memorari, hic determinat de reminisci. Et primo dicit de quo est intentio secundum prohemium ibi. Non enim est memorie etc. Dicit ergo primo quod restat quod dicendum est de memorari reliquum est dicere de reminisci. Sed oportet ut quedam vera possent accipi per disputativas rationes pro supponant quia experientia vera per experientiam se applicat disputatione eorum que ad reminiscentiam pertinent. Deinde cum dicit Non enim est memorie recuperatio etc. ... et sic habita ... quod sit reminiscentia per comparationem ad alias apprehensiones sed determinat modum reminiscendi ibi. Contingit autem reminiscentie etc. ... quedam passio sit reminiscentia ibi. Quod autem eorum quam passio etc. Et primo duo facit primo ostendit quod non sit reminiscentia sed quod sit ibi. Sed cum reminiscitur etc. Et primo duo facit primo ostendit quod in ... sed manifestat per ... ibi. Cum enim primo ad differt etc. Dicit ergo primo quod reminiscentia non est resumptio memorie. Itaque id est quod non sit reminiscentia quod ratio memorari. Nec iterum reminiscentia est acceptio eius considerabilis parte que sit per sensum vel intellectum. Deinde cum dicit Cum enim primo etc. manifestat quod dicit et circa hoc duo facit primo ostendit differentiam duorum predictorum scilicet resumptionis memorie et acceptionis sed ostendit quod reminisci non sit memorie resumptio nec acceptio ibi. Amplius manifestum etc. Et primo duo facit primo ostendit quod acceptio non est memoria nec ille qui accipit non memoratur. Secundo ostendit quod non est eius memoria est acceptio ergo quod ille qui memoratur non de novo accipit et dicit ergo primo quod cum aliquis primum addiscat quod ad apprehensionem intellectivam aut patiatur quod ad apprehensionem sensitivam nullam memoriam tunc resumit quia non resumit neque pro erat ante nunc a memoria precessit. Ergo primo ad discendum vel sentire non memoriam resumit. Deinde cum dicit Nec ex principio etc. ostendit quod memoriam non sit per acceptionem et circa hoc duo facit primo ostendit quod memoriam non consistit in hoc quod est per acceptionem adhuc etc. Dicit ergo primo quod neque memoriam accipit apud se principio notitiam rei memorate. Cum enim memoria sit facta ut supra habitum est. Tunc est memoria quando notitia per modum habitus vel saltem passionis. Iam est ut in facto esse. Sed cum ipsa passio intus scilicet acceptionis notitie non dum in factum esse. Ergo non dum sit in ratione memorie. Deinde cum dicit Adhuc autem cum primo etc. ostendit quod non memoria est in primo instanti in quo natura facta est notitia sive per modum habitus sive per modum passionis sed quando non dum notitia est in

·que·

[illegible] nunc quoniam manifestum est quod sic probatur in vi. phisicorum
secundo dicit esse tempus quo in diuisibili instanti quod est terminus ultimus
temporis in finitis motum dicit ergo quod cum primo factum est notitia
in diuisibili quod est ultimum temporis generationis notitie in illo quidem
instanti dici potest quod iam inest presentia id est acquirenti no-
titiam passio et similiter [illegible] nos faciamus in nocte sic quod per
se sit habitum. Sed accipitur hic nomen quod est per passione et per passi-
one et ideo hic comprehendit quod est in ultimo instanti generationis.
Unde cum dicit id nunc est generatum sicut in ultimo instanti generationis
genitum iam est existere et similiter nunc preteritur memo-
riam et que iam sunt. hic est passio. Secundo id est memoriam
eam nisi in presenti eorum similitudinem habeat et per se memorari non con-
tingit quin sit tempus id est nisi interueniat tempus medium inter no-
titiam prius existentem et ipsum memorari. Memoratur enim cum
aliquis que prius audiuit uel uidit uel [illegible] passio-
nem non autem memoratur quod nunc presens est. Manifestum est autem
quod primo cum iam passio est in ultimo ipso in instanti passio-
nis non ergo tunc potest esse memoria. Deinde cum dicit Amplius
manifestum est et cetera. ostendit ulterius quod reminisci non est memori-
e resumptio neque noua acceptio et dicit quod ex premissis mani-
festum est quod memoriam contingit non reminiscentem id est non
memorantem aliquid habere quod non reminiscitur sed ei quod a principio sen-
tit uel qualiter cum passio est et ideo reminiscentia non est resump-
tio memorie sed refert ad aliquid quod prius aliquis apprehen-
dit. Deinde cum dicit Sed cum resumit et cetera. manifestat quo-
modo sit reminiscentia et primo dicit quod reminiscentia et secundo dicit quod remi-
niscentia est resumptio prime acceptionis. secundo ostendit quomodo
quedam talis resumptio est reminiscentia ibi: Neque tamen et cetera. dicit
ergo primo quod reminiscentia non est resumptio memorie. Sed cum resumit
aliquis id quod prius sciuit uel sensit [illegible] prius uel [illegible]. hoc hic
tunc dicimus esse memoriam. Sic enim memoria refert ad
prius scitum notitiam ita reminisci et tunc est reminisci. scilicet
cum aliquod resumimus post apprehensionem non autem ita quod
reminiscentia sit ad eo que dicta sunt scilicet uel sensus memo-
ria uel fantasia uel scientia. Sed per reminiscentiam accidit me-
morari quia reminiscentia est quidam motus ad memorandum
et ideo memoria sequitur reminiscentiam sicut terminus motus uel [illegible]
quia scilicet reminiscentia secundum memoriam quia sicut inquisitio
rationis est uia ad aliquid cognoscendum et tamen ex aliquo cognito
procedit, ita et reminiscentia est uia ad aliquid memorandum et
tamen ex aliquo memorato procedit ut infra magis pa-
tebit. Deinde cum dicit Neque iterum hec et cetera. ostendit quod non quel-
libet resumptio scientie uel sensus est reminiscentia et dicit quod non est
hoc uerum quod reminiscentia sit quandocumque idem sit congito scie-
re uel sentire que prius fuit. Sed quandoque contingit reminis-
centiam autem scientie reminisci et quandoque non et quod non sit
[illegible]. Secundo ostendit per hoc contingit eundem hominem secundo post a-
missam scientiam iterum addiscere et inuenire quod prius sciuit non
est reminisci. oportet ergo quod reminisci differat ab hiis ab ante-
dictis addiscere uel inuenire et quod ad plus insit quod sit principium
reminiscendi quam quod insit ad addiscendum quod autem sit aliud
prius, posterius manifestabitur.

Contingit autem reminiscentie et cetera. Postquam philosophus in-
quisiuit quid reminiscentia se habet ad alia
que ad cognitionem pertinent hic incipit mani-
festare reminiscendi modum et primo manifestat modum reminiscendi.
secundo ostendit differentiam inter memoriam et reminiscentiam ibi:
Quod quidem igitur non idem sit et cetera. circa primum duo facit primo ostendit modum re-
miniscendi quantum ad res quas reminiscimur. secundo quantum ad tempus
ibi: Reminiscentia enim contingit tempus sicut et memoria [illegible] ibi: Ma-
xime autem cogitare et cetera. circa primum duo facit primo ponit causam reminis-
cendi secundo ostendit modum quo procedit in reminiscendo ibi: Cum igitur remi-
niscimur et cetera. Causa autem reminiscendi est ordo motuum qui relinquitur
in anima ex prima impressione eius quod primo apprehendimus. hanc ergo causam
proponens dicit quod reminiscentie contingunt per hoc quod iste mo-
tus natus est post alium nobis occurrere quod quidem contingit du-
pliciter uno modo quando secundus motus consequitur primum ex necessitate
sicut ad apprehensionem hominis sequitur apprehensio animalis ex necessitate
et hoc manifestum est quod cum anima mouetur primo motu mouebi-
tur et secundo. alio modo contingit ipsos motus sequi post primum non ex
necessitate sed ex consuetudine quia scilicet consueuerunt post hoc illud cogi-
tare uel dicere uel facere et tunc secundus motus sequitur post primum sicut
[illegible] uel adminus in pluribus. Contingit autem quod quidam [illegible] in pau-
cis ex semel [illegible] non sicut [illegible] consuetudo non firmatur
equaliter in omnibus hominibus. Sed accidit quod quidam semel cogitando ue-
locius firmentur in se consuetudinem quam alii. Sed in contingendo
cogitationem hoc post illud quod potest contingere uel per maiorem affectio-
nem et per studiosiorem cogitationem uel propter naturam que est melius re-
ceptiua et retentiua impressionis et inde et contingit quod quos-
dam uidentes semel magis memoramur quam quosdam alias multo-
tiens uisos quia ea quibus uehementius intendimus magis in
memoria mouentur. Ea uero que superficialiter uidemus magis
[illegible] a memoria labuntur. Deinde cum dicit
Cum igitur reminiscimur et cetera. ostendit quomodo reminiscens procedat
supposito predicto ordine motuum et circa hoc duo facit primo
manifestat modum procedendi in reminiscendo. secundo ostendit
unde oportet reminiscentem procedere ibi: Et autem accipere ex
principio et cetera. circa primum duo facit primo manifestat modum quo pro-
cedit in reminiscendo. secundo excludit quandam dubitationem remi-
nisci et eam addiscere quod est in [illegible] dimisit et hoc
ibi: Quando [illegible] reminiscitur et cetera. circa primum tria facit primo ponit modum
reminiscendi secundo excludit quamdam dubitationem ibi: Non autem
et cetera. tertio manifestat propositum per signa ibi: Uniuersaliter et cetera.
dicit primo ergo contingit ex premissis quod ex quo unus motus sequitur
post alterum uel ex necessitate uel consuetudine oportet quod quando reminis-
cimur moueamur per aliquem priorum motuum quousque ueniamus ad
hunc quem mouemur apprehendere illo motu qui consueuit esse post
ipsum. Et propter hoc motum intendimus reuenire reminiscendo quia
reminisci non est aliud quam inquisitio alicuius quod a memoria excidit
et ideo reminiscendo uenamur id est inquirimus hoc quod consequenter est ab
aliquo priori quod in memoria tenemus. Sicut enim [illegible]
inquisitione procedit ex aliquo priori quod est notius
quo uenitur ad prius quod est ignotum. ita et reminis-
cens ex aliquo priori quod in memoria habet procedit ad re-
inueniendum id quod ex memoria excidit. hoc autem principium
a quo reminiscens sumit inquisitionem incipit. quandoque
quidem est tempus aliquod notum quandoque autem aliqua res nota per
tempus quidem incipit quandoque nunc id est a presenti tempore procedendo
in preteritum. cum aliquis querit memorari [illegible] memo-
ria id est quod fecit nudius tertius dico memorari quod hodie fecit. Sed
heri [illegible] motuum con-
suetorum procedit resoluendo in id quod fecit. Quandoque autem [illegible]

verbi gratia si incipit ab aliquo alio tempore puta signato in memoriam habet quod fecit .viii. die antequam oblitus sit quod fecit quartadecima, procedat descendendo ad .xii. et sic inde quousque veniat ad quartam, vel etiam ab .viii. die ascendat in [illegible] ad tempus praeteritum. Similiter etiam quandoque reminiscitur incipiens ab aliqua re cuius memoratur a qua procedit ad aliam. Quandoque quidem ratione similitudinis, sicut quando aliquis memoratur de Socrate et per hoc occurrit ei Plato qui est similis in sapientia. Quandoque vero ratione contrarietatis, sicut si aliquis memoretur Hectoris et per hoc occurrit ei Achilles. Quandoque vero ratione propinquitatis cuiuscumque, sicut cum quis memor est patris et per hoc occurrit ei filius, et eadem ratio est de quacumque alia propinquitate vel societatis vel loci vel temporis. Et propter hoc fit reminiscentia quia motus horum se invicem consequuntur. Quorundam enim praedictorum motus sunt iidem, sicut praecipue similium; quorundam autem simul, scilicet contrariorum, quia cognito uno contrariorum simul cognoscitur aliud; quandoque vero motus habent partem aliorum, sicut contingit in quibuscumque propinquis, quia in uno propinquorum consideratur aliquid quod pertinet ad alium, et id quod residuum est de apprehensione cum sit parvum consequitur motum priorem, unde apprehensio parvo quod deest addito sequitur apprehensionem eius quod est quasi consequens. Ultimo quia pervenit ad motum priorem ex aliquo priori secundum praedictum modum alius qui quaerit reminiscendo motum consequentem priorem, et hoc proprie est reminiscentia, quando scilicet aliquis ex intentione inquirit aliquid vel memoriam consequitur. Aliquando quia [illegible] non quaerit memorari per modum praedictum ex priori motu in posteriorem ut contingit devenire in memoriam alicuius vel cum ille motus vel oblitus fiat in anima post aliud et hoc quandoque evenit praeter intentionem. Sed ut multum, idest ut in pluribus, factis aliis motibus quales diximus, scilicet similibus vel contrariis vel propinquis, ingeritur memoria qui dicitur [illegible] ad similitudinem reminiscentiae. Est enim casualis memoria sicut [illegible] quaedam reminiscentia. Deinde cum dicit: Et non oportet intendere etc., solvit ex praemissis quamdam dubitationem. Posset enim aliquis credere ea quae procul sunt, puta ea quae ante multos annos contigerunt, non memoramur, ea quae sunt prope, puta quae fuerunt ante paucos dies. Sed ipse dicit quod etiam si non oportet intendere, idest [illegible] similiter manifestum est quod aliquis [illegible] eodem modo [illegible] qui in praemissis positus est et ex positione reminiscens quod dictum est, scilicet quod quandoque anima ducitur [illegible] quod quaerit est cui erat oblitum absque hoc quod inquirat vel ex intentione reminiscatur propter consuetudinem qua unus motus sequitur ad alium. Unde in agendo pluries motum sequitur [illegible] non intendat. Et sicut contingit hoc ex consuetudine praeter intentionem, ita et si faciat aliquis cum ex intentione reminisci voluerit quaerere, scilicet ut quaerat principium motus ad quod consequitur motus posterior. Propter quod contingit quod motus eorum qui sunt procul sunt magis per consuetudinem firmati. Propter hoc eorum recordamur magis memoriter vel ex inquisitione vel sine inquisitione. Deinde cum dicit: Velocissime etc., manifestat propositum motum per duo signa, quorum primum ponit dicens quod ex priori motu propter consuetudinem necesse est in sequentem vel in quaerendo vel non in quaerendo. Inde est quod citissime et optime fiunt reminiscentiae quando incipit aliquis meditari a principio totius negotii quoniam ordine quo res sunt ordinate in mente consequenter sunt motus eorum in anima. Sicut quando quaerimus aliquid versum primum incipimus a capite. Secundum signum ponit ibi: Et sunt magis etc.

et dicit quod illa sunt magis reminiscibilia quae sunt bene ordinata sicut mathematica et theoremata mathematicorum quorum unum consequitur ex primo et secundum debitum ordinem. Illa autem quae sunt male ordinata difficiliter reminiscimus. Sic igitur ad bene memorandum vel reminiscendum ex praemissis .iiii. documenta utilia addiscere possumus, quorum primum est ut studeat quae vult retinere in aliquo ordine deducere. Secundum ut profunde et intente eis mentem apponat. Tertium ut frequenter meditetur secundum ordinem. Quartum ut incipiat reminisci a principio.

Cum igitur reminisci differt etc. Postquam philosophus ostendit modum reminiscendi hic manifestat duo quae supposita sunt. Primo quidem quo differunt reminisci et iterum addiscere. Secundo quod oportet reminiscentem a principio incipere ibi: Oportet autem accipere etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quo differunt reminisci et iterum addiscere. Secundo quo differunt reminisci et iterum invenire ibi: Multotiens autem etc. Circa primum considerandum est quod tam ille qui reminiscitur quam ille qui iterato addiscit recuperat notitiam quam amisit. Sed ille qui reminiscitur recuperat eam secundum rationem memoriae in ordine, scilicet ad id quod fuit prius cognitum; ille autem qui iterato addiscit recuperat eam absolute, non quasi aliquid prius cognitum. Sed quia ad notitiam ignotorum non pervenimus nisi ex aliquibus principiis praecognitis, necesse est quod principia ex quibus procedimus ad aliquid ignotum cognoscendum sint eius de genere, ut patet in posterioribus. Et ideo necesse est quod reminiscens ad recuperandum notitiam secundum rationem memoriae procedat ex aliquibus principiis memoratis, quod non contingit iterato addiscenti. Dicit ergo quod in hoc differt reminisci ab eo quod est iterato addiscere quod reminiscens habet potentiam quodammodo ut moveatur in id quod consequitur ad principium in memoria retentum, puta cum aliquis recordatur quod tale quid dictum ei fuit vel ei quis dixit. Vel autem ergo ad reminiscendum id cuius est oblitus eo quod fuit in memoria. Sed qui non pervenit ad recuperandum amissam notitiam per principium in memoria retentum sed per aliquid quod ei de novo traditur addiscit. Non igitur memoratur neque reminiscitur, sed est de novo addiscere. Deinde cum dicit: Multotiens autem etc., manifestat quo differunt reminisci et iterum invenire. Et dicit quod multotiens homo non potest iam reminisci eius quod oblitus est, quia non manet in eo motus aliquis ex quibus possit devenire in id quod quaerit memorari, sed si quaerat quasi de novo notitiam illius, potest procedere et iterum invenire id quod quaerit ac si de novo sciam ut quaereret istud. Et contingit quod anima diversa excogitans multis motibus movetur, et si contingat quod perveniat ad motum vel ad modum quem consequitur cognitio rei, tunc dicitur invenire. Ideo autem non potest reminisci licet possit invenire, quia reminisci contingit per hoc quod homo intus retinet quandam potentiam vel virtutem movendi se ad motum rei quam quaerit. Hoc autem contingit cum potest pervenire ad id quod moveat motum quem amisit [illegible] et hoc ex se ipso non ex aliquo docente ut contingit quando iterum addiscit et ex motibus praecedentibus sicut dictum est, non ex novis motibus sicut contingit quando iterum invenit. Deinde cum dicit: Oportet autem accipere etc., manifestat quod oportet reminiscentem a principio incipere. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quod dictum est. Secundo assignat causam dicti, quia quandoque videmur in reminiscendo deficere, ibi: Eius autem quod ab eo dicitur etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod oportet reminiscentem incipere a

quasi ad quantitatem distantie localis et proportionaliter quantitas temporis que accipitur per distantiam a presenti nunc. Huiusmodi autem magnitudines cognoscit anima non extendendo ibi intelligentiam sicut quidam cognoscunt magnitudinem contingendo eas per intellectum quod intellectus dicitur propter Platonem in primo de anima et per hunc modum quendam dicunt visum fieri per radios visuales pertingentes usque ad totam distantiam usque ad rem visam ut dictum est in libro de sensu et sensato. Sed non potest esse quod magnitudines cognoscantur ab anima per contactum intelligentie quia sic non posset anima intelligere nisi magnitudines existentes. Hic autem invenitur quod intelligit magnitudines que non sunt [illegible] similiter etiam intellectus quantitate dupla quantitatis eius non cognoscit anima magnitudinem ei se coextendendo. Sed per hoc quod quidam motus aut species similis relinquitur in anima est proportionalis magnitudini exteriori. Sunt enim in anima quedam forme et motus similes rebus per quos eas cognoscit. Deinde cum dicit Quo ergo differt etc. determinat quandam questionem circa premissa et circa hoc tria facit. Primo ponit questionem. Secundo solvit ibi Aut quia etc. Tertio solutionem exemplificat in lineis ibi Sit igitur etc. Quantum igitur ad primum dicit quod cum anima per similitudinem magnitudinis quam habet magnitudinem cognoscat, in quo differt modus quo cognoscit maiorem et minorem magnitudinem. Videtur enim non habere differentiam similitudinem eo quod non differunt specie. Deinde cum dicit Aut quia intelligit etc. Solvit questionem et dicit quod per eandem vel per similem figuram seu formam intelligit maiora id est maiorem quantitatem et per formam similem cognoscit minorem magnitudinem; forte enim et motus interiores proportionales correspondent magnitudinibus exterioribus. Et forte ita est de magnitudinibus sicut de distantiis locorum et temporum. Sicut et de speciebus rerum sic in ipso cognoscente sunt diverse similitudines et motus proportionales [illegible] diversis speciebus rerum puta equo et homini ita etiam et diversis quantitatibus. Deinde cum dicit Sit igitur etc. manifestat hoc in diversa proportione per exemplum. Ad cuius evidentiam considerandum est quod ut supra dictum est intellectum est similes figuras et motus proportionales rebus. Est hic tamen ex similitudine figure sicut geometrice verificatur apud quos figure similes dicuntur quorum latera sunt proportionalia et anguli equales ut patet in vi Euclidis. Describatur igitur angulus b a e cuius latus sit b e. Deinde a puncto g signato in latere b a ducatur linea equedistans lateri usque ad a que sit g d et sic in triangulo g a d protrahatur linea z i equedistans lateri. Est autem demonstratum in primo Euclidis quod linea recta cadens super duas equedistantes facit angulos oppositos equales. Angulus igitur a g d est equalis angulo a b e et angulus a d g est equalis angulo a e b. Angulus autem a est communis utrique triangulo. Ergo anguli trianguli g a d sunt equales angulis trianguli b a e. Igitur linee que subtendunt equalibus angulis sunt proportionales secundum quartam propositionem vi Euclidis. Ergo sicut est proportio a b ad a g eadem est proportio b e ad g d. Et per permutatam proportionem que est proportio a b ad b e eadem est proportio a g ad g d. Et sic duo trianguli predicti sunt figure similes. Per lineam autem a b et partes eius intelliguntur motus anime quibus anima cognoscit. Per lineas autem b e g d z i que sunt latera triangulorum intelliguntur diverse quantitates magnitudinum et proportione differentes. Considerandum igitur exemplificando quod si anima per motum a b movetur ad cognoscendum quantitatem b e, faciet etiam iste motus quod ad similem cognitionem quantitatis g d, quia motus a g qui continetur in a b et magnitudo g d in eadem proportione se habent in qua motus a b et magnitudo b e. Sed tunc videtur quod non sit differentia motuum, quia nunc plus requiritur ad cognoscendum quantitatem g d que est maior quam ad cognoscendum quantitatem z i que est minor. Et ut hic expressius modo possit accipere motus indistinctos quorum unus non continetur in altero, sit igitur una linea k m et dividatur in puncto t. Taliter autem ut eadem sit proportio k t ad t m que est linee a g per quam cognoscitur quantitas g d ad lineam a b per quam cognoscitur quantitas b e. Sic igitur similiter per hos motus quod sicut per motum a g cognoscitur quantitas g d ita per motum k t. Et sicut per motum a b cognoscitur quantitas b e ita per motum t m. Si igitur anima velit per motum a z cognoscere quantitatem z i, oportebit quod sit habitudo a z ad a g sicut est g z [illegible] ad cognoscendum quantitatem b e. Sed si volumus accipere motus distinctos oportebit accipere loco duorum motuum k t et t m loco cuius ponitur nunc t c ita quod c et m insistant eidem puncto, alios duos motus quorum unus sit k l et alius l m, ita quod linea k m dividatur in puncto l per hanc tamen ut sit proportio k l ad l m sicut proportio a z ad a b ut sic per motum l m cognosceret quantitatem z i. Deinde cum dicit Cum igitur rei etc. infert principale propositum et primo ostendit quod reminiscentem oportet cognoscere tempus. Secundo manifestat duplicem modum cognoscendi tempus ibi Cum non est tempus etc. Dicit ergo primo quod quando in anima simul occurrit motus rei memorande et temporis preteriti, tunc est memorie actus. Si vero aliquis putet ita se habere et non ita sit, memorari putat. Quia ubi deest motus rei vel motus temporis non est memoria [illegible]. Possibile enim quod in memoria sit mendacium, sicut cum aliquis mentitur quod memoretur et non memoratur, quia occurrit ei tempus preteritum sed non res quam memorat. Sed alio modo etiam contingit aliquis memoratur et non putat se memorari sed latet ipsum, quia scilicet non occurrit ei tempus sed res, quia ut supra dictum est hoc est memorari intendere fantasmati alicuius rei prout est ymago prius apprehensi. Si vero similitudo rei fiat sine motu temporis aut econverso non reminiscitur. Deinde cum dicit Cum vero est tempus etc. ostendit duplicem modum quo reminiscentes cognoscunt tempus. Quandoque enim aliquis recordatur temporis non quidem sub certa mensura, puta quod tertia die fecit hoc, sed quod aliquando fecit; quandoque autem recordatur et sub certa mensura temporis, sed in memoria est si recordatur temporis preteriti quamvis non sub certa mensura. Consueverunt enim homines dicere quod recordantur quidem aliquam rem in preterito sed nesciunt quando fuit, quia nesciunt temporis metrum id est mensuram, et hoc contingit propter debilem impressionem sicut contingit in hiis que videntur a remotis quod indeterminate cognoscuntur.

Quod quidem igitur non idem etc. Postquam philosophus ostendit modum reminiscendi, nunc ostendit differentiam memorie et reminiscentie. Et ponit tres differentias quarum prima est a participatione ad invicem. Dicit ergo sicut superius dictum est quod non idem homines sunt bene memorativi et bene reminiscitivi. Secunda autem differentia est ex parte temporis quia scilicet reminiscentia

cum sit via commemorandi tempore ipsum procedit ut ex precedentibus patet. Tertia differentia est ex parte subiecti in quo utrumque eorum invenitur. Potest quia sicut quod est memorativum multis aliis animalibus preter hominem ut in superiori dictum est. Sed nullum aliud quod nos cognoscimus reminiscitur nisi homo quod quidem dicit quia non quasi omnium sunt. In aliquo autem esset conveniens preter hominem. Causa autem quare soli homini convenit reminisci est quia reminisci est in similitudine cuiusdam sillogismi. Sicut enim in sillogismo pervenitur ad conclusionem ex aliquibus principiis, ita et reminiscendo aliquis quodammodo sillogizat se prius vidisse aut audisse aut aliquid aliud huiusmodi propassum, et quodam principio in hoc deveniens ad reminiscentiam est quaedam inquisitio. Quia non casu reminiscens ab uno in aliud, sed intentione deveniendi in memoriam alicuius. Hoc autem scilicet quod aliquis inquirit in aliquo pertinere solis ut autem quibus inest naturaliter ut ad deliberandum. Quia et deliberatio fit per modum cuiusdam sillogismi. Deliberatio autem soli hominibus competit. Et tamen non aliqua non ex deliberatione sed ex quodam naturali instinctu operantur. Deinde cum dicit Quod autem corporea etc. ostendit qualis passio sit reminiscentia. Quia enim dixerat quod reminiscentia est sicut sillogismus quidam, sillogizare autem est actus rationis que non est actus corporis cuiusdam ut patet in 3o de anima, posset aliquis credere quod reminiscentia non esset passio corporea id est corporis, sed circa per organum corporale. Primo ostendit contrarium. Et primo quod est per quoddam quod accidit reminiscentibus. Secundo per eos qui habent impedimentum reminiscentie. Circa primum tria facit. Primo monet accidens predictum. Secundo assignat causam accidentis ibi. Causa autem est etc. Tertio manifestat per simile ibi. Unde et ire et timores etc. Dicit ergo primo quod signum huius quod reminisci sit quedam corporea passio scilicet existens in inquisitione fantasmatis alicuius id est in aliquo particulari vel alicuius id est in quodam organo corporeo est quod quidam non possunt reminisci tristantur id est quadam inquietudine sollicitantur et valde opponunt mentem ad reminiscendum. Et si contingit quod iam desistant non tenent ad reminiscendum, quod cessantes reminiscendi nihilominus adhuc inquietudo illa cogitationis remanet in eis. Et hoc maxime contingit in melancolicis qui maxime moventur a fantasmatibus, quia propter terrestreitatem impressiones fantasmatum magis firmantur in eis. Deinde cum dicit Causa autem etc. assignat causam predicti accidentis. Et primo ponit causam. Secundo ostendit in quibus maxime locum habet ibi. Maxime autem turbantur etc. Circa primum considerandum est quod operationes que sunt partis intellective absque organo corporali sunt in nostro arbitrio constitute ut possit aliquis eis desistere cum voluerit. Sed non ita est de operationibus que per organum corporale exercentur quia non est in potestate hominis quod ex quo organum corporale est motum eius passio statim cesset. Et ideo dicit quod causa eius quod est reminisci non ut esse in ipsis reminiscentibus id est in potestate eorum ut scilicet possint desistere cum voluerint, quia sicut accidit proicientibus quod postquam moverunt corpus proiectum non est amplius in eorum potestate ut sistant, sic et reminiscens quia inquirens in vestigiis per organum corporale movet corporale organum in quo est passio. Unde non statim motus cessat cum homo voluerit. Deinde cum dicit Maxime autem turbantur etc. ostendit in quibus maxime predicta causa locum habet. Et dicit quod maxime turbantur id est commoventur in reminiscendo illi quibus humores humiditatis habundant circa locum ubi sunt organa sensitiva, puta circa cerebrum et circa cor, quia humiditas mota non de facili quiescit nisi quousque obtineat illud quod quaeritur et motus inquisitionis procedat usque ad finem. Nec est mirum quod supra dixit maxime accidere in melancolicis qui sunt sicci, nam quia in illis contingit propter vehementiam impressionis, in hiis autem propter facilem commotionem. Deinde cum dicit Unde et ire et timores etc. manifestat quod dixerat per simile. Et ponit duo similia, quorum primum est de passionibus anime quibus organum corporale quodammodo commovetur. Et dicit quod quando ira vel timor vel concupiscentia vel aliquid huiusmodi movet aliquem, etsi homines velint in contrarium movere retrahendo se ab ira vel timore non cedit passio sed adhuc quasi eodem modo, quia contingit quia commotio corporalis organi non statim quiescit. Secundum simile ponit ibi. Et compatitur etc. Et dicit quod predicta passio que accidit in reminiscendo compatitur nominibus et melodiis et sermonibus cum aliquis eorum cum aliqua intentione per os profertur. Si autem unus qui cum magna intentione recitat nomen vel cantum vel argumentum, quamvis ipse nolit desistere adhuc preter intentionem eorum accidit quod cantent vel dicant predicta propter hoc quod motus precedentis imaginationis adhuc manet in organo corporali. Deinde cum dicit Sunt autem et superiora etc. manifestat positum per hoc quod reminiscentia impeditur per aliquam corporalem dispositionem et ponit duas dispositiones corporales impedientes reminiscentiam. Quarum primam ponit dicens quod illi qui habent membra superiora maiora quam inferiora, quod est dispositio nanorum qui habent curtas tibias et superiorem partem corporis proportionaliter maiorem, sunt minus memorativi quam illi qui habent contrariam dispositionem, propter hoc quod organum sensitivum in eis quod est in superiori parte est aggravatum in eis multitudine materie, et propter hoc nec motus sensibilium in eis possunt diu permanere sed cito dissolvuntur propter confusionem humorum quod pertinet ad defectum memorie, nec etiam de facili possunt recte procedere reminiscendo quia non possunt regulare motum inquisitionis, quod pertinet ad defectum reminiscentie. Secundam dispositionem impedientem est quod illi qui sunt penitus novi sicut pueri nuper nati et multum senes sunt immemores propter motum augmenti qui est in pueris et decrementi qui est in senibus ut supra dictum est. Et hec dispositio pertinet convenit cum prima, scilicet quantum ad pueros qui usque ad longum etatem sunt nanosi quasi habentes superiorem partem corporis maiorem. Sic ergo patet quod reminisci est corporalis passio nec est passio actus partis intellective sed sensitive, que in homine est nobilior et virtuosior quam in aliis animalibus propter coniunctionem ad intellectum. Semper enim quod est inferioris ordinis perfectius fit suo superiori coniunctum quasi aliquid de eius perfectione participans. Ultimo autem epilogando concludit quod dictum est de memoria et memorari, que sit natura ipsorum et per quam partem anime alia memorentur, et similiter de reminisci quid sit et quomodo fiat et propter quam causam.

de memoria et remin

Explicit. Deo gratias. Amen.





Iste liber est [illegible] de [illegible] [illegible]

[illegible]

ALBUM